



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Disputatio De Statv In Qvo Sint Beatorvm Animae Post  
Hanc uitam, ante ultimi iudicij diem**

**Dévay Biró, Mátyás**

**[Nürnberg], [1537]**

**VD16 D 1300**

Condem. Censvrae.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-34195**

PROPOSITIO XXXVII.

**O**Mnium præterea mors & passio sanctorum est imago Christi.

CENSURA.

**P**assio sanctorum est satisfactoria. Colo. 1. Gaudeo in passionibus pro uobis. *Colos. 1.*

CONDEM. CENSURAE.

**H**aec propositio superiori cognata est, hoc tantum admonendus est frater, Paulum nihil de satisfactione locutum. Singuli sancti singula membra sunt ecclesiae, & quis debet ebibere suum calicem. Quousque ergo aliquis sanctus mensuram suae passionis non expleuit, eousque deest siue superest passio Christi in carne illius, qui passurus est, in exemplum ecclesiae. Christus dedit nobis exemplum, ut nos sequamur uestigia ipsius. 1. Ioan. 1. Sanguis Iesu Christi emundauit nos ab omni peccato. Et Apo. 1. Vibice Christi sancti sumus ex æquo omnes, qui mortuus est unus pro omnibus. *1. Jo. 1.*  
*dyportal. 1.*

PROPOSITIO XXXVIII.

**F**ides est duplex, generalis quam & daemones habent.

CENSURA.

**C**ontradicit sibiipso, ponit ex se fidem non bonam.

CONDEM. CENSURAE.

**D**E fide iustificante satis. Quod autem duplex sit fides, *p 2 altera*